Vol I. 273 v

273 v

Li. In figuris somnio|libus peruit illos. diuertat | hominem ⁊ iniquitatem | suam corpus autem eius | ab iniquitate munit ne | non cadet in pena :,

sup homines ⁊ dormiunt in lec
tulo. Tunc apit aures uirorum et
erudiens eos instruit disciplina.
Vt auertat hominem ab his que fa
cit: ⁊ liberet eum de supbia. Eruens
animam eius a corruptione et
uitam illius: ut non transeat in
gladium. Increpat quoq; p do
lorem in lectulo: ⁊ omnia ossa ei
marcescere facit. Abominabilis ei
fit in uita sua panis: ⁊ anime il
lius cybus ante desidabilis. Ta
bescet caro eius: ⁊ ossa que tecta
fuerant nudabuntur. Adppinqua
bit corruptioni anima eius: et
uita illius mortiferis. Lib. xxiiii.

Si fuerit p eo angelus loquens
unum de similibus ut annun
tiet hominis equitatem.
Miserebitur eius. ⁊ dicet. Libera eum:
et non descendat in corruptionem.
inueni in quo ei ppitier. Consump
ta est caro eius suppliciis reuitatur
ad dies adolescentie sue. Depcabi
tur deum. ⁊ placabilis ei erit: et
uidebit faciem eius in iubilo: et
reddet homini iusticiam suam.
Respiciet homines ⁊ dicet: pecca
ui. ⁊ uere deliqui et ut eram dig
nus non recepi. Liberauit enim ani
mam suam ne pgeret in interitum:
sed uiuens lucem uideret. Ecce hec
omnia opatur deus tribus uicibus
p singulos ut reuocet animas eorum
a corruptione: ⁊ illuminet luce
uiuentium. Adtende iob ⁊ audi
me: ⁊ tace dum ego loquor. Si autem
habes quod loquaris: responde
mihi ⁊ loquere. Volo enim te appa
rere iustum. Quod si non habes

Li. Si fuerint mille angeli | mortiferi unus ex eis | non uulnerabit eum si | intellexerit corde conuersus | ad dominum renuntiauit autem | homini suam querelam | et ignorantia sua ostendat sustinebit omnino ne | incidat in mortem reno|uabit autem illi corpus | sicut lignum in pariete | et ossa eius impleuit | medullis remolliantur | autem eius carnes que | in finis ⁊ restituet eum | iuuentute cum hominibus | orauit ad dominum ⁊ accep|to illi erit uenabit ad | uultum eius cum confessi|one. Reddet autem homini | iustitiam suam. Deinde | tunc culpabit homo tunc | se ipse dicens qualia effi|ciebam ⁊ non digna | questionauit me que | peccaui :,

audi me, tace: ⁊ docebo te sapi
entiam :.

xxxiiii Pronuntians itaque heliu etiam xxx
hec loquutus est.

Audite sapientes uerba mea:
et eruditi auscultate me.
Auris enim uerba pbat: et
guttur escas gustu diiudicat.
Iudicium eligamus nobis ⁊ inter nos
uideamus quid sit melius. Quia di
xit iob iustus sum: ⁊ deus subuertit
iudicium meum. In iudicando
enim me mendacium est: ⁊ uio
lenta sagitta mea absq; ullo peccato.
Quis est uir ut est iob qui
bibit subsannationem quasi aquam:
Qui graditur cum opantibus
iniquitatem: ⁊ ambulat cum
uiris impiis. Dixit enim. Non
placebit uir deo: etiam si cucur
rerit cum eo. Ideo uiri corda
ti audite me: absit a deo im
pietas ⁊ ab omnipotente iniqui
tas. Opus enim hominis reddet
ei ⁊ iuxta uias singulorum restituet

2011 Ministerio de Cultura